

voltata sotto il tetto della chiesa a similitudine di quella esistente in S. Anastasia maggiore » (maggiore, per distinguerla dalla chiesa di S. Anastasia minore che sorgeva nel suburbio e andò distrutta nel XVII sec.). Il documento è interessante anche per la storia della chiesa di S. Stefano, e lo riportiamo per intero:

Millesimo CCCC° II°, Indictione Xª, die XXVII° mensis martij, presentibus suprascriptis testibus. Magister Nicola Arbusianich marangonus de Jadra promisit et se obligauit per se et suos heredes domino presbitero Mattheo plebano ecclesie sancti Stephani de Jadra ibidem presenti, stipulanti et recipienti pro dicta sua ecclesia sancti Stephani de Jadra facere, fabricare, herigere et laborare unam uoltam siue suffictam rotundam siue archiuoltatam supter tectum dicte ecclesie sancti Stephani infra columnas per medium dicte ecclesie incipiendo ab altare magno dicte ecclesie recto tramite usque ad murum borealem dicte ecclesie sancti Stephani ubi est Rosa. Quam quidem uoltam seu suffictam debet, tenetur ac promixit facere ad instar et similitudinem uolte seu sufficte sancte Anastasie maioris dicte ciuitatis Jadre, cum bonis et suffitientibus cangnolibus et trabis de albedo et cum cintanis de robore, uidelicet parium quinque sub quolibet pagliolo segactictorum et de bonis et suffitientibus segatitijs de albedo nouis et non subboglitis nec tarlatis, politis cum cantinellis albis sub cangnolibus et cangnoli debent esse laborati ad foleas ad modum illorum qui sunt in dicta ecclesia sancte Anastasie. Et hoc omnibus et singulis expensibus et laboribus dicti magistri Nicole, uidelicet lignaminibus, ferris et magisterijs ac opere ipsius magistri Nicole. Quod laborerium debet et tenetur bene facere et bene laborare et operare ad usum et consuetudinem boni et suffitientis magistri. Quod laborerium debet et tenetur dare expeditum usque ad unum annum proxime futurum, hodie incipiendum et ut sequitur finiendum. Et hoc pro pretio, mercede, laborerio, lignamine, ferramentis, et magisterio et expensis mille et centum librarum denariorum paruorum, de quo quidem pretio predictus magister Nicola Arbusianich fuit sponte confessus et contentus penes se habuisse et integraliter recepisse a dicto domino Mattheo plebano libras septingentas denariorum paruorum, residuum uero dicti pretij predictus dominus plebanus promixit dare et soluere dicto magistro Nicole, finito dicto laborerio. Que omnia promixerunt ad inuicem obseruare sub pena quarti etc. et obligatione bonorum contrafactientis. Actum Jadre in cancellaria superiori, presentibus soprascriptis testibus.

(Altra grafia) Ego Michael de Soppe procurator comunis.

(In margine) M°CCCC°II°, indictione XJª, die penultimo mensis augusti, presentibus Draghicchio quondam Johannis famulo domini Lodouici de Mactafaris et Petro Zoccolich de Jadra testibus et ser Zuvolo de Fera